

omnes uno animo. LXX. quasi vir unus. Videtur Del-Rio adagio 153. Huc etiam spectat quadruplex facies in unoquoque Cherubino- rum adunata & eminens, humana, leonina, bovina, aquilina: humana hominem refert bo- num genio, leonina leonem exprimit iram per- citum, bovina taurum cornua petentem, a- quilina avem ungue rapientem. Et si formis finguli Cherubini variant adeo naturam oppo- sitis, adhuc tamen in unum suppositum co- eunt amica concordia, a qua unus pro mul- tis est, & multi unus sunt. Ut enim argute admodum S. Chrysostr. Hom. 51. ad Popul. Antioch. Unus minimus est; si vero sunt unanimes duo, vel decem, non unus jam unus est, sed decuplus eorum quisque fit, & in decem unum invenies, & in uno decem. Et paulo post: Horum quisque viginti manus habet, & oculos viginti, & totidem pedes: non enim suis tantum oculis intuetur, verum & alienis; non suis tantum, verum & illorum manibus opera- tur. Animas habet decem; non enim ipse tan- tummodo pro se, verum & illa pro se curam gerunt. Si vero sint & centum, idem erit si- militer. Vidisti Charitatis excellentiam, qua- liter unum inespugnabile reddat, & multipli- cet; qualiter unus & multis in locis esse potest, idem & in Perside, & Roma, & quod natura non potest, potest Charitas? Nihil dici potuit lucu- lentius pro Cherubino Ezechielis concordia, per quam unus multiplicatur in plures, & multi unus sunt: unumquodque animal quatuor habet facies, oculos multos, mul- taque brachia, & animas; ac multis in locis videtur esse & operari. O eximium Charitatis ingenium supra naturam vires! Cadunt haec bellè æquè, ac signatim in nostrum Jesu Sodalitium, in viros omnes & singulos Jesuiticæ Familiae. Multi cum sint, concordia unus sunt, & unusquisque pro multis est; multorum utitur oculis, manibus, pedi- bus, imò & animis multis, ac multis simul ubica- tionibus. Ibi videt, ibi operatur, ibi ambulat, ibi animatur, ibi praesens est, ubicunque Socii reliqui vident, operantur, ambulant, animan- tur, & praesentes sunt. Quid hoc Religio- sè Charitatis ingenio ingeniosius? Una haec Virtus, nobilissima est Societatis nostrae tes- sera; ab hac una omnis metipso profemina- ta, tota conglutinata, & copulata perstat, aeternumque, Deo favente, perstabit incon- cussa, ac fructuum in Evangelica expeditione feracissima.

Novem Ig- natii Socii.

In Decem- viris Socie- tatis unum invenies, & in unoquo- que decem.

Jud. 6. 27.

tur Judic. capite sexto, versu vigesimo septi- mo. Unà omnes sanctum opus perfecerunt. Gedeon typum gessit Domini Salvatoris, aje- bat Augustinus Ser. 108. de tempore. Ille certe in Societatem suam vocavit & excita- vit fidelissimos servos, primos nostrae Fami- liae Decemviros, qui unà omnes concordia ad- stricti tot Baalis deturbant aras, tot in om- nibus penè regnis ac provinciis, aut hære- seon, aut flagitiorum demoliti sunt lucos, tum per se ipsos, tum per eos, qui concor- diae hæredes procreati ex illis fuere. Cùm enim denarius numerus omnes complectatur numeros, decemviri illi innumeros So- dalitii nostri Apostolicos complectebantur viros, in quibus præmaturè operari videban- tur, in remotissimis etiam Orientis, Occi- dentisque regionibus. Atqui dum decem vi- deo usque adeo concordēs, decachordum de- resonans suavissimè obaudio, psalterium de- chordarum, de quo Psalmo 32. vers. 2. & Psalm. 91. 3. Erant enim quasi fides decem ad unam, eandemque harmonici concentus unitatem perfectè temperati, tum singuli, tum omnes inter sese, mira Charitatis, & a- nimorum concinnitudine. Quid si eapropter Jesuitarum appellatione à JESU nomine ac- cepta condecorati fuerint? Quippe ut Cle- mens Alexandrinus 2. Pædag. cap. 4. dixit: Decachordon psalterium Jesum significat: qui per elementum decadis, id est, per litteram Græcam iota, significatur: imò & per He- bræam iod, & per notam Arithmeticam 1. adjectâ privationis notâ orbiculo signata, quam vocant Zero, & per X. à Latinis; quâ litteræ Græcæ χ chifigurâ, Justinus Apolog. 2. Crucis mysterium contineri scribit. Qua- si denario numero Jesu nomen, cum Cruce superposita, arcanè portendatur, respiceretque decem primos Societatis nostrae Parentes ab eo Jesuitæ appellandos, ob mirabile concordiae meritum. De his Decemviris jure potiori ex Jesuitis prædicet unusquisque quod Seneca de viris magnis, Epist. 65. Quidni ego ma- gnum virorum imagines habeam, incita- menta animi, & natales celebrem? Quidni illos honoris causa, semper appellem? Quam venerationem Præceptoribus meis debeo, ean- dem illis Præceptoribus generis humani, à qui- bus tanti boni initia fluxerunt? Ego vero illos veneror, & tantis nominibus semper assurgo. Cer- tè dum Decem viri Societatis nostrae illi magni nominibus propriis nominantur, iis honorem habere debemus, caput aperiendo, caput incli- nando, genua flectendo, natales celebrando, imagines præ oculis habendo, animi incitamen- ta ad Virtutes omnes, mutuam inter nos Charitatem præsertim, quæ omnem proximorum salutem amplectatur.

§. XIV.

Instar Cherubino- rum quadriformium Jesuitæ omnes Mundi plagas spectant.

1919 D E inde illi Ezechielis Cherubini quasi in prospectu & ante faciem omnes habebant partes Orbis; nam quivis il- lorum quatuor faciebus ad totidem Mundi plagas convertebatur, quin novâ indigeret conversione ad alteram, sive oppositam pla- gam intuentium, & avolandum: Et facies, & pernas per quatuor partes habebant. Hac etiam

Designati in decem viris Gedeonis.

Sunt ad in- star psalterii decem chor- dorum.

Clemens Alexandri. Jesu nomen decachor- don.

Venerandi maxime De- cemviri le- suite. Seneca.

de causa, cùm tibus pedesque rotundos ha- berent, in omnem partem vertibiles erant: unde sive progredierentur, sive regredien- tur, id exequiebatur quàm citissimè, non circumeundo, sed via semper recta. Sic ca- pio illa vers. 12. Non revertentur cùm in- cederent: atque ita accipiunt Theodoretus, Richardus Victorinus, & multi alii. Cujus rei mysterium probè explicat Sanctus Gregorius, premens ea priora Ezechielis verba: Possunt in hoc loco quatuor partes mundi accipi, scilicet Oriens, Occidens, Meridies, & Septentrio, quia Sanctorum prædicatio, auctore Deo, in cunctis Mundi partibus est egressa. Et non mul- tō post: Facies & pernas habent, quia in cun- ctis Mundi regionibus prædicantes demonstrant quiddam de Divinitate, quiddam de Humani- tate nostri Redemptoris sentiunt. Hoc planè quasi enigmaticum spectrum perspicue solvas, si attentè inspicias ipsummet Societatis nos- træ scopum, & quod Jesuitas valdè urget Institutum: Nostra vocationis est diversa loca peragere, & vitam agere in quavis Mun- di plaga; ubi majus Dei obsequium, & ani- marum auxilium spectatur. Monemur, om- nes mundi plagas respicere, quasi quadrifor- mes Cherubini; omnes peragere, ad omnes avolare; non affectu gentis pervidendæ, sed studio salutis providendæ, ac communican- dæ, vel terrarum etiam extremis hominibus; non auri gemmarumque amore, sed ne Jesum nesciat terrarum angulus ultimus. O quot Je- suitæ valentes admodum, ac Dei amantes, homines in omnes Mundi plagas dispersi, ac peregrinantes, causâ veritatis explicandæ bar- baris etiam, & à fide alienis! Summo illi jure cum Seneca dixerint, de Tranquillit. cap. 2. Magno animo nos, non unius urbis manibus clau- simus, sed in totius Orbis commercium emis- mus. Patriam nobis Mundum professi sumus, ut liceret latiore Viriutibus campum dare.

S. Gregor.

Seneca.

S. Francis- cus Xaveri- us Cherubi- nus quadri- formis ad omnes respe- xit.

Genes. 12. 1.

1920 Unus ubi pro multis, pro innumeris fit meus sanctissimus Xaverius, Indiarum Apostolus, qui terra marique salutem quæsi- vit hominum; qui Europam, Africam, Asiam, & Americam semel & iterum lustravit, ut il- lustraret veritate explicatâ, gentesque duce- ret ad fidem, sibi tandem destinans terrarum extremos angulos; quem turba Jesuitarum multa sequuta est, in diebus sequitur, na- ves implens multas, ut Chinas petat, ac Ja- pones, aliasque Mundi partes, eodem quo Xaverius studio. Dixit Dominus ad Abraham, dum adhuc veraretur in Ur Chaldaeorum Genes. 12. 1. Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo Patris tui, & veni in terram, quam monstrabo tibi. Jubetur ut patriam deserat, paternam domum, & abeat peregrè. Quo id consilio, quæso? Certè quo & Xaverium, Xaverique sectatores urget Deus. Quod egregiè satis explicuit Chryso- stomus Hom. 32. ad illud Geneleos: Quasi luminare quoddam, hominem, qui in Chaldaea latuerat, illinc evocavit, ut eos, qui in erro- rum tenebris sedebant, ad Virtutis viam intro- duceret. Hæc unâ causa est, ob quam vult Deus, tot Societatis nostrae viros per mare, per terram, per omnes Mundi plagas cursita- re, ad omnes respicere, omnes amplecti mul- tis faciebus, multis brachiis, alis multis. Ad id enim eos urget nomen JESU, quo insigni- untur: cùm nomen sit quadrilaterum (quo- modo Hebraicè scriptum reperitur in titulo P. Ildeph. de Flores in Eccles.

crucis Romæ aservato) ad quatuor mundi partes spectare, dicendum omnino est; quem- admodum & Crux ipsa, cujus species (ut Hieronymus observat in capite 15. Marci) nihil aliud est, nisi forma quadrata Mundi, omnes Orbis plagas respiciens, ad quas Cru- cifixi salus, quam præ se fert ipsum JESU nomen, deferenda erat. Ideo in Cruce scrip- tum linguâ triplici, Hebraicâ, Græcâ, La- tinâ; quas non desinitè, sed universaliter pro linguis omnibus positas, multi ex Patribus volunt. Latina lingua (ait Nicolaus Papa in Epist. ad Michæi. Imperat. tom. 3. Con- cil.) cum Hebræa, & Græca omnibus natio- nibus prædicat JESUM. Qui sicut linguâ variâ patet latè, ita latè prodest; & unam Christo Jesu curam esse de communi huma- ni generis salute, rectè evincitur. Ut enim Julius Firmicus libro de Mysteriis, & error. prophan. relig. capite 21. Quis locus in ter- ra est, quem non Christi possederit nomen? Jul. Firmi. Quâ Sol oritur, quâ occidit, quâ erigitur Sep- tentrio, quâ recessit Auster, totum venerandi Numinis majestatis implevit. Quò spectasse reor auream laminam, quæ sacrum Dei no- men Jehovah, Jeshuah referebat supra sum- mi Hebræorum Pontificis caput, & variam vessem, in qua totus erat Orbis terrarum; & è qua septuaginta duo malogranata, & totidem tinimabula erant appensa, quibus na- tionum omnium diversitatem, variasque lin- guas arcanè designatas, Doctores ferè om- nes benè arbitrantur. Quippe hoc ænigma à Paulo sic dilucidè solum ad Philip. 2. 9. Donavit illi nomen, quod est super omne no- men, ut in nomine JESU omne genu flecta- tur, caelestium, terrestrium, & infernorum: & omnis lingua confiteatur, quia Jesus Christus est Dominus (ita Græcè) & hoc ad gloriam Patris. Vides, qua ratione JESU nomen quadrilaterum omnes Mundi partes spectet? Vides eò tendere, ut Gentibus universis via vitæ sanctæ pateat facilè? Vides eam salutis gratiam præ se ferre, quæ latè excurret in or- bem universum?

Jesu nomen ad id nos urget qua- drilaterum.

S. Hieron.

Joan. 19. 20.

Nicol. Pap.

Exod. 28. v. 36.

Sap. 18. 24.

Philip. 2. 9.

Jesu nomen Jesuitis præ- clara onera imponit. Cellens.

S. Justin.

1921 Hic ergo oculis, & animis adestote nobiles Jesuitæ, à Jesu nomine denominati. Præclarum vobis nomen peperistis è caelo paratum; sed quod præclara vestris humeris onera imponit, curam scilicet salutis gen- tium universalium. O pondus nominis JESU! (Cellensem Abbatem audis Epist. 4.) Quis appendere, quis astimare valeat hoc Nomen in pondere? Infiniti nomen ponderis est, quod caput Christi, id est, infinitum Deum, liquefecit ad misericordiam, flexit ad gratiam, inclinavit ad indulgentiam; ut argute loquitur S. Laurentius Justin. de Triumph. Chri- sti agone cap. 20. Ad misericordiam uti- que, ad gratiam, ad indulgentiam, non uni, sed universis, quæ sub caelo sunt, nationi- bus largè conferendas. Urgetur ille eâ Je- su nomenclaturâ ad communem humani generis salutem, eadem nos urgemur ad ean- dem salutem procurandam. Omni linguâ Gentibus omnibus prædicare Jesu nomen, quod idcirco vario idiomate, imò omni, in summa Cruce voluit esse conscriptum. Ex- celsum auro hoc nomen capite gestabat Pon- tificex; vox illud corde, brachio & fronte altè exaratum portatis, sed majori impen- dio; nempe non, ut ille, solum pro omnibus Mundi nationibus (quarum typus malogran- ata

Vu nata

Exo. 28. 33.

Arnold.

Orige.

Salvia.

nata erant) deprecemini Deum, sed ut illarum omnium salutem innoxie incumbatis, & ardentem urgeatis vitam & praedicationem populos universos ad Magni Dei obsequium. Talarium illi tunicam induitur adornatam mixtis tintinnabilibus, quarum ea est Arnoldo intelligentia Tract. de septem verbis: *Neque enim magnum est sibi vivere, nisi etiam satagat alios secum vivere.* Eodem vos studio salutis alienae flagrare debetis: ut satis sic suscepto JESU NOMINI faciatis. Ut enim recte Origenes Hom. 23. in Josue: *Certum est, quod unusquisque hominum ex iis, quae illis injunguntur, officii, & actibus nomina sortiuntur.* Et Salviano Auctore lib. 4. *Nomen sine actu, & officio suo, nihil est.*

§. XV.

Jesuita ardua quaque subeunt in Evangelica expeditione, una obedientiae virtute praecincti.

1922 **V**erum enim verò, multus in Orbe universo perlustrando, percurrendo, pervolando labor est, incommoda multa, multaque vitae discrimina, multae & arduae difficultates, quae opus retardant periculossimae plenum alexae. Bene id esto. Sed una sanctae Obedientiae virtute accincti, ac veluti ei adhaerentes, difficultatem quaeque superamus in Evangelica expeditione quacunque; nihil enim arduum Obedientiae cultoribus; qui ad obtemperandum prompti sunt, non retardant labore. Nonne vides, quam facili cursu, quamque celeri volatu perniciter illi equi, seu Cherubini sapientissimi, ad plagas Mundi omnes perlustrandum percurrant, ac pervolent? Ad id sane unius aurigae Principis, non loco, sed verbo urgentur potentissimè: *Nam cum fieret vox super firmamentum, stabant, &c.* Quod vidè observavit S. Hieronymus Epist. 25. ad Pammach. *Discoloris equi, sed voluntate concordis, unum aurigae trahunt jugum, non expectantes flagelli verbera, sed ad vocis hortamenta ferventes.* Etenim mira haec in obtemperando celebritas, quam nec retardant ardua quaeque, nec ipse mortis aspectus, unius sanctae ac religiosae Obedientiae opus est: cujus pulchrum Hieroglyphicum rotæ curru ipsae erant, volubiles, & ingentes valde (uti constat ex c. 1. v. 18.) atque adeo aptiores ad rotationem, ut per eas equi currum traherent quoquo versus & promptius. Et quantus quantus ille est in Cherubinis ad totum perlustrandum Orbem apparatus, à rotis videtur promanasse; nam ipsidem, quibus Cherubini faciebant ad omnes Mundi plagas conversis; ipsidem pennas, manibus, & oculis constabant; quasi illi à rotis, nempe ab ipsa Obedientiae Virtute, quadriformes essent, pennati, pleni manibus, & oculis; imò quodammodo moti, & animati, eam cum rotis ad societate & concordia, ut aequaliter ad motum Cherubinatorum volverentur, sive illi graderentur humo, sive volando elevarentur, sive recta irent, sive in gyrum. Sic firmamentum, & Princeps, qui eo vehebatur, suum iter peragebant plagas omnes quatuor versus: neque illud aliter peragere poterant ad salutem hominum, nisi à tam pernicibus, tamque obsequentibus equis, & ipsamet eorum promptissima obedientia, quasi volubilibus rotis, traherentur.

Cap. 10. v. 11. & 13. Rotæ sunt obedientiae Symbolum.

Ezech. 1. 25.

S. Hieron.

1923 Hoc colore dicendi, viros obedientes, & ipsam obedientiam celeritatem solent Ecclesiae Doctores, imò Scriptura sacra, symbolicè commendare. Sanctus Gregorius in libro quarto Regum capite quinto. *Rotæ quidem volvendo graditur, & modò alta petit, modò inferiora.* Sic nimirum vita obedientium, &c. Consonat Sanctus Bernardus libro de natura Amoris capite octavo. *Rotæ, in quibus est spiritus vite, semper erunt in voluntatem Domini perficiendam, nec revertuntur ad faciendam suam, &c.* Rotis divini illius curru assimilata viros obedientes, obedientiae cultores, praestantes celeritate obtemperandi. Similiter S. Thomas à Villanova in sermone de S. Anselmo, S. Ambrosius lib. 3. de Virginitate. Sed audi divinum oraculum apud Zachariam c. 9. ubi sermo est litterarum de Christi Domini imperio universali à mari usque ad mare, & Gentibus ei subiectis per Apostolorum, virorumque Apostolicorum praedicationem ad omnes mundi plagas perventuram. Ut verò Vaes explicet illorum promptitudinem & celeritatem in Orbem universum perlustrando, subdit v. 16. *Lapides sancti elevaruntur super terram. Hebraicè, Lapides separationis, consecrationis (id est, separati a rebus, consecrati Deo, Religiosos viros videtur plane indigere) vexillabuntur, vexilliferi erunt, vexillum Crucis gerent. Lxx. ad institutum nostrum: Lapides, qui volvantur super terram, id est, celeritè volubiles sunt, ut ipse qui perfectissimae obedientiae addictissimi, ac militantes. Volvi autem illos aptissime dicit (ait S. Cyrillus ibi) ut ad quidem Sanctorum agilitatem, celeritatemque declaret. Lapides enim orbiculares, seu rotundi circa nullam difficultatem maxime sunt mobiles, si quis eos impellere voluerit: sic animus Sanctorum ad omnia Deo grata est versatilis.* Et S. Hieronymus in Psal. 76. 19. premens hoc idem Zachariae testimonium, similiter explicat: *Quoniam enim Rotæ sunt, propterea volvantur super terram.* Rectè igitur viri obedientes, ipsaque illorum obedientia, rotis assimilantur volubilibus: signatim verò illis Ezechielis rotis (cum unaquaeque coalesceret ex duabus invicem confertis ad angulos rectos) illorum exprimitur animus ita ad Dei nutum exequendum expromptus, ut facile citra ullam difficultatem volvantur, revolvanturque ad Orientem, ad Septentrionem, sive ad plagas oppositas, pro animarum salute.

1924 Quae quidem signatissimè cadunt in nostrum Sodalium, ejusque Apostolicos viros perfectissimam obedientiam praestantes, promptè obedientes vel in re difficili, eiañ ad qualvis Mundi partes mittantur, causa salutis procurandae barbarorum. *Iur & reditur ad nutum ejus, qui praest, ut cum Bernardo loquar ad milites templi cap. 4. Praecipuum enim decus nostrae Familiae, & quasi characterem nobilissimum, consilio planè, institutoque divino, in praestantissima obedientia situm esse, omnino voluit ejus Conditor Ignatius, uti ex Regulis claret, & Epistola Obedientiae; ac praesertim ex speciali Voto, quo Professus quatuor votorum adstringuntur, obediendi Romano Pontifici; ut quidquid ille jusserit ad salutem animarum & fidei propagationem pertinens, & ad quascunque provincias nos mittere voluerit, sive Turcarum, sive Haereticorum, sive Schismaticorum, sive*

S. Gregor.

S. Bernard.

Rotis viri obedienties assimilati.

Zach. 9. 16.

S. Cyrill.

S. Hieron.

Perfectissima Jesuitarum obedientia.

Votum obedientiae quartum.

sive quorumcunque Infidelium, ilicò sine ulla tergiversatione exequi tenemur. Quidquid Deus jubet per suas vices tenentem, id credunt utile, facile, nobile, studiosè ac velociter agunt, nec cunctari sciunt, nec arduis retardantur, quamvis Orbem universum jubeantur perlustrare, percurrere, pervolare. Verè illi, equi generosi, alis celeres, voluntate concordis, unum aurigae trahentes jugum, non expectantes flagelli verbera, sed vocis hortamenta, imò ad imperantis nutum ferventes. Quid mirum, si rotis volubilibus pennatisque, obedientiae nempe voto, adstringuntur? Qui Cherubini sunt, rotæ etiam sunt, & Deo lapides consecrati celeritè mobiles, volubiles ad quamvis Mundi partem. Illustrem hujus rei prophetiam reperias apud Rutilium Benzonium Episcop. Laurentan. libro 1. de Jubil. c. 8. fol. 39. quam Joachimus Abbas habuit antiquitate, sapientia, & spiritu prophetiae (ut multi arbitrantur) venerandus. Is enim in caput Jeremiae 1. ita perspicuè: *Revelandi sunt in Ecclesia Doctores Praedicatorumque fideles, qui terrena & carnalia corda omni plagâ percutiant, atque erectis ac tumidis magistris silentium studii suis imponant. Et bene filius Melchiae Jeremias describitur, quia Ordo ille futurus ad obedientiam summi Pontificis dirigetur.*

Vaticinium Joachimi.

Apostoli annuerunt à longè Sociis Jesuitis ad capturam animarum. Luc. 5. 4.

S. August.

S. Cyrill.

Theophyl.

1925 Lucae 5. accessisse Christus Dominus dicitur ad flagnum Generazeth, sive mare Galilaeae, vel Iberiadis; duas in eo vidisse naves piscatorias. Simonis Petri unam, in quam ascendit, & eam turbas docuit. Finita concione, dixit ad Simonem: *Duc in altum, & laxate retia vestra in capturam.* Id statim manu praestitit vir obediens, & conclusit piscium multitudinem copiosam, usque adeo capturâ retè plenum, ut rumpereetur omnino. Quid ergo? *Annuerunt socii, qui erant in alia navi, ut venirent, & adjuvarent eos. Venerunt, & impleverunt ambas naviculas, ita ut penè mergerentur.* Arcana planè haec sunt, quae probant multam Christo curam esse de salute omnium Gentium, ut Ecclesiae Doctores satis opportunè ex loco probant. Nam S. Augustinus lib. 2. Quæstio. Evang. q. 2. cui multi alii adherent, dum Jesum audit Petro imperantem, ut à terra navim in altum ducat, id sanè ad remotiores Gentes, quibus postea praedictum est, pertinere existimat, ad copiosamque Gentium conversionem, quibus ex omni Mundi plaga impletam Christianam Ecclesiam novimus. Sed quinam illi sint, quia in alia navi longè posita, ad Petri nutum celeres accurrunt in ejus adjutorium? *Socii* quidè appellantur, Graecè *συνωμοι*, id est, *participes, communicantes.* Eos agnoscit S. Cyrillus, qui sequuntur *Apostolorum labores, in Deitatis doctrina periti.* Cui Theophylactus ad stipulatur perspicuè: *Soli autem Apostoli non possunt trahere rete piscium, annuntique sociis suis, & communicant, & cum eis trahunt. Hi autem sunt Pastores, & Doctores Ecclesiarum in singulis temporibus, qui interpretantur, & docent Apostolica.* Quid pro viris Jesuitis luculentius? *Socii* illi sunt, sive ad Societatem Jesu spectantes, *Apostolorum participes*, cum illis *communicantes*, eorum labores sequentes, in Deitatis doctrina periti, Apostolicam interpretantes. Socii sunt sic Petro, sic Petri successoribus addicti, sic voto adstricti eis obtemperandi gratissimè obediendi genere, quod

P. Ideph. de Flores in Eccles.

pro animarum salute suscipitur, ut ad solum imperantis nutum obediant celeritate maxima. *Annuerunt sociis, ut venirent; venerunt utique in omnes mundi partes, vel in remotiores Gentes Japoniorum, Sinarum, caeterorumque infidelium, quò Deus, quò Petrus, quò ejus Successores annuerunt, ut omnis generis pisces, ut multa hominum genera praedicatione sua facilius, quam piscatores suo reti pisces, piscarentur, & ad fidem traherent.*

§. XVI.

Jesuita intenti impensè Mariana exaltationi.

1926 **E**x his ergo apparet, quam bene illis magnifici curru Cherubinis & Rotis fuerint praesignati Apostolici Societatis nostrae viri doctrinâ & sanctimoniam praestantes zeloque salutis procurandae gentis universae flagrantis; quamque apti sint Mariana gloriae per omnes mundi plagas evulgandae, non absque ingenti Virginitatis Matris gloriosa exaltatione, luminoso illo praefigurata firmamento: ad id enim Deipara hoc nostrum Sodalium excitavit, & ejus Auctor esse voluit; ut inde fortissimos Atlantes haberet, qui caelum ejusmodi suis humeris quoquo versus portarent celeres & alacres, ut onus admodum dulce. Signum illud verè magnum, ac toto caelo notum, mulierem nempe: ex mulierum numero Phoenicem, Sole amictam, Luna calceatam, & Stellis coronatam Mariam esse Deiparam, indubium apud omnes extat. Ad instar firmamenti videtur apparuisse, quae omnibus caeli luminaribus venustissimè exornatur, ut omnes illuminet, fugatis tenebris. Quis neget? Illud unum maxime arcanum, quod in asperimam, & incultam advolasse dicatur solitudinem: *Fugit mulier in solitudinem, ubi locum habeat paratum à Deo.* Ut verò celeri volatu abiret, datae sunt mulieri alae duae aquilae magnae. Hicce alis praedicatorum sapientiae, & veritatis optime designatos, Victorinus & Ticonius putant, cum sit Aquila supernae sapientiae symbolum, & sanctae cujusdam audaciae, volatus altissimi, ac velocissimi, quin arduis retardetur: *in arduis ponit nidum suum.* Certè, viros signatim Jesuitas Aquilinis hicce pennis praefiguratos, haud incongruè reor; verè praedicatorum sapientiae, & veritatis, usque ad ultimos terrae angulos. Quod Isaias sentire videtur praedicens Japoniorum, Sinarum, & extremorum Orbis populorum conversionem ad praedicores Jesuitas spectantem: *In doctrinis glorificate Dominum; in insulis maris nomen Domini Dei Israel. A finibus terrae (Hebraicè, ab alis terrae) laudes audivimus, gloriam justi. Tonat à longè, & eos monet, ut in unum Orbem Evangelicam lucem deferant. Pro in doctrinis, est Hebraicè *Beurim*; quod multa significat in sacris litteris, Doctore Pagnino in thesauro suo; scilicet lucem, ignem, solem, luminaria caeli, mane seu auroram. Unde commodè transferas: *In luce, in igne, in sole, in luminaribus caeli, in mane sive aurora glorificate Dominum.* Videtur ad ea lumina respicere, quibus illustratur Deipara, & conspicua prospectatur sicut aurora confurgens, ut luna, ut sol, ut stellarum turba, & qualem contemplatus est Joannes; ac Jesuitas urgere, ut his luminibus vel distans qual-*

Jesuita intenti impensè Mariana exaltationi.

Apoc. 12.

Jesuita ala aquilina, quibus Virginitas gloriae volat. Victor. Ticon.

Job.

Isai. 24. 15.